operatur naturas· unam quę ei communis est cum dō patre ex eo quod dš est.
alteram qua ex uirgine maria homo factus est· p has duas naturas in uno filio
dī· dš pater duas facit resurrectiones humani generis· id est animarum
& corporum: habent enim & animę mortem suam in impietate atq; pecca
tis· secundum mortem qua mortui sunt· De quibus idem dns ait: sine mor
tuos sepelire mortuos suos: ut scilicet in anima mortui· in corpore mortu
os sepelirent: mors est uidelicet animae· quando dš deserit eam ob pec
catorum magnitudinem: corporis mors est· quando ab anima deserit:
Ab his duabus mortis generibus resuscitatos: duas dicimus resurrectio
nes: Nunc autem animarum in ecclesia per uerbum dī fit resurrectio·
quando per gratiam dī uiuificanti resurgent a morte iniquitatis·
& haec est prima resurrectio: quam qui habent in secunda quae ē corpo
rum· feliciter resurgent in uitā aeternam: Resurgent & impii unus
quisq; cum sua carne· ut cū diabolo & angelis eius puniantur: hoc cer
tissime sciendum est· quia nemo nisi per indebitam misericordiam
dī liberabitur· & nemo nisi p debitum iudicium damnabitur: Tunc
scī sciunt pleni us quid boni eis contulerit gratia dī uel qui desserent
consecuti· si diuinae eos gratuito munere non elegis & misericordiā:
tunc erit ipse dš scōrum satietas· beatorum iocunditas· & omnia quae
cumque ab eis honeste desiderari possunt· & uita· & salus· & uictus·
& copia· & gloria· & honor· & pax aeterna· beatitudo & beata aeterni
tas· cui sit honor & gloria nc̄ & semper & in saecula saeculorū amen

FR·V· LECTIO ACTUUM APOSTOLORUM·

IN diebus illis: Angelus dnī locutus est ad philippum dicens: Surge
& uade contra meridianum· ad uiam quae descendit ab ierusalem in ga
zam haec est deserta & surgens abiit· & cetera· OMELIA LECT EIUSDEM

Caeleberrime frs̄ dilmi p scripturas· xpi passio & re
surrectio ubiq; p̄monstratur: ita & hunc presenti lectione actuū
apostolorum breuiter mani testatur: In diebus illis· angelus dni lo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0120